

nia et Fulgentij Caraccioli prouidentia, et incomparabili sapientia  
ac aucthoritate tua, dissoluta, & ad nihilum redacta sunt, de  
quibus Romæ pro veritate praesides meos, ea dicendi copia qua  
naturaliter abundas fecisti certiores, & ex eorum animis, malam  
de me conceptam & adauctam opinionem radicitus diluisti.  
Quam ob rem, hæc tanta animi tui in me beneficentia sepius exami=  
nans, te solum honoris ac innocentia meæ eximium protectorem  
perspexi. Et cum Illust. Cardinalis Columna, ordinis tui prote=  
ctor, ad Sereniss. Hispaniarum Regem, te honorifica legatione  
honestasset, tibi amico incomparabili, & altero parenti, omnia fe=  
licissime euenire, vehementer optaui: cumq; à tanto Rege quem  
principes orbis admirantur, amanter fueris susceptus, ea qua ma=  
xime polles prudentia re principis tui optime gesta, aduersa tandem  
nauigatione Italiam apulisti, ubi felicissimis auspicijs, in ge=  
nerali congregatione ordinis tui, maxima amicorum læticia supre=  
mam religionis præfecturam ascendisti, in qua & singulari pru=  
dentia, & sincerissima caritate & optimo regimine, non tan=  
tum sustinuisti sed omnium superasti expectationem, vicisti  
paulo post meâ potissime expectationem, cum Placentia, sacras pu=  
blice conciones haberem, tu cum amicis & consanguineis, (tua n.  
familia vniuersis ferè nobilibus Placentinis coniuncta est) me ipsam  
extollendo priuatim de me semper prædicasti; & quâuis in hac sa=  
era dicendi arte eminentiss. existas me tamen anserem dissonantem,  
& una cum tot iuuenibus candidis oloribus qui exiguos labores meos  
(tuo fratri testimonio) litteris mandarunt, audire & ampliss. mu=  
nera in me conferre non graue duxisti. Tandem anno superiori dū  
Genuam contenderem, ut ibi sacrum concionandi munus perage=  
rem, tam honorificum de me Salernitani Principis familia, attu=  
listi testimonium, ut siquid honoris ac utilitatis tunc fuerim Ge=  
nuæ consequutus, partim ab officio tuo emanasse fateor. Hac igitur